



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

67. De quibusdam portiunculis sacræ Eucharistiæ, quæ omnes miraculosè culmos & spicas germinarunt, quo miraculo multi adiecti sunt Catholicæ Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

IN pago quodam inquit Erasmus, cui non
Verus vicus, rusticus quidā in diuerso
dum Eucharistiam irridet, subito exanimatus
est, rem sic actam testes docuere. Aedituus
quidam rusticus perferebat scriniolum piceum
panibus consecratis, quas hostias vocat, haec
comes erat alter rusticus, qui quondam fuerat
ædituus, vbi ventum est ad vicum modicum
ætum, libuit ibi bibere in diuersorio, petrus
mes ille ab ædituo hostiam dono, illo comite
te accepit, & incipit per ludibrium consecrare
Cauponaria vidēs increpat. Ille, Nihil, inquit
tua refert, abi, apporta vinum, vbi redit
licet, videt hominem collapsum, rogat quomodo
habeat, respondet ibi potantes in alia mensa
forsitan habet illum syncopis: mulier adferens
cetum, admouent, sed frustra, erat plane mor-
tuus. Hæc non est fabula.

*Ioannes Moscus 79 cap. Prati spiritualis, de quibus
portuinculis sacra Eucharistia, quæ oēs mor-
tuos & spicas germinauerunt, quo miraculo
si adiecti sunt Catholica Ecclesia.*

CAP. LXVII.

CUM venissemus Seleuciam, conueni-
mus Abbatem Theodorum Episcopum
eiusdem Ciuitatis. Ille autem narrauit nobis
dicens: sub sanctæ memoriæ Dionysio huius
ciuitatis Episcopo præcessore meo, tale quid
dam contigit, Vir quidam erat in hac ciuitate
neg-

negociator valdè religiosus, & diues, sed hæreticus. Erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quendam, sancte & Apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic iuxta Prouinciæ consuetudinem, die sancto cœnæ Dominicæ sumptam cõunionem inuoluit in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, vt post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim, negocij cuiusdam gratia, dimissa per obliuionem sancta cõmunione in armario. Dedit autem eius clauem domino suo. Quadam verò die aperiens armarium dominus, inuenit linteolum, inuolutasq; in eo sanctas particulas cõmunionis. Contristatus est autem in hoc, & hæsitabat, quidnam de illis faceret. Nam ex ipsis communicare volebat, eò quòd essent sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, ipse verò Seueriana hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, vt erant, cogitans quia rediturus erat seruus, & sumprurus eas. Cùm autem venisset cœna Domini, neque seruus ille fidelis redisset, voluit eas dominus ipsius comburere, ne rursus & in secundum annu seruarentur. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore comprehensus in nouo, admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans Kyrieleyson, cucurrit ad sanctam Ecclesiam, ad sa-

rosanctum & venerabile Dionysium
scopum. Hoc autem magnum, & terribile,
commemorationem, omnemque mentem
omnem cogitationem excedens miraculu
non vnus, aut duo, aut tres vel pauci aliqui
derunt, sed omnis Ecclesia, ciuesque & rudi
indigenæ & hospites, quiq; continentem
bulant, & qui mare nauigant, viri & mulie
fenes & impuberes, iuuenes & seniores,
mini & serui, diuites & pauperes, principes
subditi, sapientes & simplices, virgines & m
nachi, viduæ ac nuptæ, qui in potestate con
tuti sunt, & qui illorum reguntur imperia
illi quidem clamabant Kyrie eleyson, ceteri
autē aliter Deum laudabant, omnes vero
rite Deo gratias agebant pro ineffabilibus
ius mirabilibus. Plurimi igitur ex hoc mira
lo credentes, adiecti sunt sanctæ Catholice
Apostolicæ Ecclesiæ.

*Memorabilis historia SS. Eucharistiæ à Iudæis
te Stellarum perpetrata, conscripta per Nicolaum
Marescalcum Thurium, & nuncupata à
Principibus Vandalorum Henrico & Alberti
wanis fratribus, Ducibus Megapoliensibus.*

CAP. LXVIII.

ANnus nunc agitur vigesimus, quo
striff. Principes, impium ac sceleratum
mortalium genus Iudæi, sacrosanctam Eucha
ristiam corporis nostri redemptoris Christi
manibus sanguinarijs inuoluerint, ac mem
mentu